

416

Vivamus, mea Lesbia, atque **amemus**,

rumoresque senum severiorum

omnes unius **aestimemus** assis!

417

soles **occidere** et **redire possunt**;

nobis cum semel **occidit** brevis lux,

nox est perpetua una dormienda.

418

da mi basia mille, deinde centum,

dein mille altera, dein secunda centum,

deinde usque altera mille, deinde centum;

dein, cum milia multa **fecerimus**,

conturbabimus illa, ne(?) **sciamus**,

aut ne quis malus **invidere possit**

cum tantum **sciat esse** basiorum.